

undecunque per vos jam hactenus comparata seu eciam ulterius comparanda ex titulo emptionis, possitis habere, tenere atque eciam possidere simili sive pari jure, sicut cives nostri in Budissin bona hujusmodi et mansos seu laneos possidere ac tenere noscuntur, auctoritate regia presentibus indulgemus, inhibentes universis et singulis advocatis, capitaneis, officialibus, viceofficialibus Budissinensibus advocatie, qui pro tempore fuerint, fidelibus nostris, ne vos, heredes ac successores vestros in perpetuum adversus presentis largitionis nostre indultum impediunt sive impediri permittant, sub pena nostre indignationis regie, quam qui secus attemptare presumpserit, se cognoscat graviter incurrisse, presentium sub nostro majestatis sigillo testimonio literarum. Datum in Budissin anno domini millesimo tricentesimo quinquagesimo, indicione tercia, kalendis februarii, regnorum nostrorum anno quarto.

19.

Kaiser Karl IV. erneuert der Stadt Löbau das schon früher besessene Privilegium, daß ihre Bürger in den Städten Bautzen, Kamenz und Königsbrück keinerlei Durchgangszoll zu entrichten haben sollen.

Frankfurt, 1354 Jan. 26.

Hdschr.: Or. Perg. Stadtarchiv Löbau No. 8; das an grün und rother Seidenschmur befestigt gewesene S. fehlt. Bestätigendes Transsumpt von König Wladislaus (Ofen, 1493 Febr. 14, Donnerstag Valentini) in demselben Archiv No. 57.

Ann.: Auf der Plicatur: Per illustr. de Colticz. P. de Kuna.

Karolus dei gracia Romanorum rex semper augustus et Boemie rex notum facimus universis, quod pro parte nostrorum fidelium dilectorum, . . . iudicis, . . . juratorum || et communitatis civium de Lubovia nostre celsitudini extitit humiliter supplicatum, quod cum ipsi ex privilegio et indulto illustrium regum Boemie || dive memorie, predecessorum nostrorum, hac gavisi sint a longe retroactis temporibus libertate, quod iidem cives in transitu ipsorum, tam in eundo quam redeundo, || in quolibet ipsorum transitu nullum in Budissin, Camencz et Kunigsbrück civitatibus de quibuscunque rebus et mercibus ipsorum penitus theloneum sive mutam solvere consueverint, quatenus ipsis exempcionem et libertatem predictas et precipue, quia littere et privilegia ipsorum, eis per predecessores nostros super hujusmodi exempcione concessa, sunt per ignis voraginem concremata, innovare, ratificare ac eciam de novo concedere de benignitate solita dignemur. Nos itaque de perdicione seu concremacione litterarum dicte civitatis multorum fide dignorum testimonio plenius informati, affectantes quoque libertates et gracias per predecessores nostros fidelibus et subditis nostris factas non minuere sed augere, prefatis civibus nostris de Lubovia predictam libertatis et exempcionis graciā approbamus, ratificamus, confirmamus et etiam ex certa nostra scientia de novo concedimus, de nostro dono gracie specialis statuentes auctoritate presencium et volentes, ut universi et singuli cives et incole sepe dicte civitatis Lubovie in transitu ipsorum per civitates Budissin, Camencz et Kunigsbruck de solutione cujuslibet thelonei sive mute sint imperpetuum liberi penitus et exempti, mandantes insuper . . . capitaneis et advocatis Budissinensibus, necnon predictarum civitatum Budissinensis, Camenczzensis et Kunigsbruck iudicibus, . . . juratis ac communitatibus, qui